



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

In Qvo Agitvr Nominatim De Sacerdotibus, Confessarijs, Magistris siue
Doctoribus, Concionatoribus, Episcopis & alijs Prælatiſ, eorumque
Ministerijs - In ſeptem Tractatus distributus ...

Puente, Luis de la

Coloniæ Agrippinæ, 1629

Approbatio R. P. Prioris S. Avgvſtini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45750](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45750)

PRÆPOSITI PROVINCIALIS FACULTAS.

CASPAR DE VEGAS, *Provincia Castellana Societ. IESV Præpositus* Provincialis, ex particulari admodum R. P. CLAVDII AQUAVIVA Præpositi nostri Generalis commissione mihi concessa facultatem concedo: vt, præmissa Catholici Regis Domini nostri licentia, typis euulgetur Tomus quartus de Perfectione Christiana in omnibus Statibus, Officijs ac Ministerijs Hierarchiæ & Reipublicæ Ecclesiasticæ, à P. Ludouico de Ponte compositus, & grauium Theologorum eiusdem Societatis iudicio examinatus, & approbatus. In cuius rei fidem has literas manu nostrâ subscriptas sigilloq; Officij nostri munitas dedimus. Vallu-Oleti primo die Febr. Anni 1613.

CASPAR DE VEGAS PROVINCIALIS.

APPROBATIO R. P. PRIORIS S. AVGVSTINI.

EX mandato vestræ Maiestatis perlegi Quartum Tomum à P. Ludouico de Ponte Societ. IESV compositum, cui titulus: *De Perfectione Christiana in omnibus Statibus, Officijs ac Ministerijs Hierarchiæ & Reipublicæ Ecclesiasticæ.* Qui meo iudicio fungitur officio Ducis adeo tuti ac periti, vt qui cum iuxta sui status qualitatem sequantur per varias semitas quas ostendit, per compendia periculorum, & minori labore ad cûmen possint perfectionis peruenire. Quam liber hic admirabili adeo dispositione & ordine tradit, cum doctrina adeo solida, subtilitate spiritûs, pietate adeo graui & prudenti aptaque Sanctorum & Scripturæ Sacræ Authoritate: vt res digna sit suo Authore, qui magnam suam eruditionem, ingenium, & sanctitatem satis ostendit. Quare iudico dandam sibi, quàm petit facultatem, vt libro in lucem edito, crescat ingens illa Spiritûs lux, quam in omnibus materijs, omnibus nationibus hæctenus prætulit, in alijs etiam libris, quos edidit; & iam in varias linguas sunt versi. Datum in nostro S. Augustini Conuentu Pompeopoli 18. Septemb. Anni 1616.

FR. DIDACVS MARTINEZ.